5

IN FVNERE

M. CHRISTINAE

REGINAE SICIL.

RAYMVNDI GVARINII.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

I.

GAVDIA . INTER . VRBIS . MAXIMA

REGNIQ . TOTIVS . GRATVLATIONES

NVLLVM . INFLIGI . VVLNVS . NEC . ACERBIVS

NEC . GRAVIVS . POTVIT

REGIS . ANIMO . DOMVI . REGIAE . REGNIQ

ORDIN . VNIVERSIS

MARIA . CHRISTINA

DOM . INCLIT . SABAVD . REG . SARDIN . FIL

REGINA . NOSTRA

OMNIVM . QVOTQVOT . FVER . SANCTISS

DESIDERATISS

COMMVN . VTILITATES . IVXTA . CALAMITATESQ

SVAS . EX . ANIMO . REPVTANS

TOTA

IN . EGENIS . CLAM . PALAM . ALEND . FOVEND

2.

AVLA . MVLIEBRI
BREVI . TEMPORIS . INTERVALLO
AD . SANCTITVD . NORMAM . COMPOSITA
VIRGINALIS . VERECVNDIAE . MVLIER
FERD . II . REGIS . NOSTRI
DELICIAE . UNAE . INNOCENTISS
CVM . AETATIS . ANN . AGERET
VICESIMVM . TERT . VLTRA . MENS . II
VIRILEM . ENIXA . PROL . BEATISS.
XVII . KAL . FEBR . A . S . MDCCCXXXVI
DIE . A . PVERPERIO . QVINTADECIMA
CONTRA . OMNIVM . VOTA
E . VIVIS . SVBLATA

3.

QVAE . AD . CAELESTIA . FESTINANS
MOX . E . TERREN . EXPEDIENDA
REGEM . VIRVM . DESOLATISS
CONSTANS . IPSA . ANIMI
BLANDE . ORAT . HORTATVR
PROL . COMMVN . VNICAM . INNOCENTISS
VTI . DILIGAT . CVRET
PATRIS . VNA . MATRISQ . FVNGENS . OFFIC
NIL . VT . DE . PAVPERVM . TVTEL . REMITTAT
OMNIBVS . VT . BENEFACIAT

4.

AMPLIVS . HOC
VTI . CORPVSCVL .. SVVM
SEMEL . PRO . DECENTI . CONTECTVM
NE . DETEGI . POST . OBITVM
NE . TANGI . NE . . MINVI
REGIO . MORE . SINAT
QVALE . QVALE . ILLVD . SIT
IN . FVTVR . SPEM . RESVRRECTION
ADSERVANDVM

5.

Sunt lacrumae rerum, tibi quae, Regina, sacrantur,
Intimus ex animo quas ciet ecce dolor.
Abstrahit a regnis, dum mors rapit improba, reges:
Tu nostris moriens cordibus abstraheris.
Quod si, quae Parcae minuerunt stamina vitae,
Haec proli duplicent, conduplicentque viro;
Spes haec una queat tantum lenire dolorem,
Quam potis es votis ipsa iuvare tuis.

6.

Reginae ad natum, et virum

Et tibi non licuit, Puer, adridere parenti,
Ubera nec licuit tangere nostra manu.
Addito maternas curis, Fernande, paternis:
Aeternum hoc nostri pignus amoris erit.

7.

Ad Regem

Tecum gavisi, tecum, Rex, flevimus una:
Unus fatorum constat utrisque tenor.
Una igitur tecum cunctos, Rex inclite, perdes,
Ni finem dederis, sive modum, lacrumis.

Tipografia Miranda.

VA1
L543355